



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.33. Sessio tertia. Epistolæ ex Oriente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.  
A. C. 787.

omnes declararunt, in eadem se esse Sententia, & Epistolas Papæ recipere. Joannes Legatus Orientis tam suo quam Thomæ Collegæ sui nomine, tum Agapius Cæsariensis, Joannes Ephesinus, Constantinus Cyprensis, Basilius Ancyranus, Nicolaus Cyzicenus, aliique Episcopi præsentés, numero ducenti sexaginta & unus eandem sibi mentem & Fidem esse professi sunt. Dixit deinde

p. 151. Concilium: *Æquum etiam est, ut admodum Reverendi Monachi Fidem suam confiteantur.* Quærentibus Monachis, an istud Canones præciperent, Tarasius dixit: *Præcipiunt Canones, ut omnes, qui Concilio intersunt, Fidem suam exponant.* Mox Sabas Abbas Studiensis edixit, hanc esse Fidem suam, quam in duabus Epistolis Papa explicasset. Idem confessus est Gregorius Abbas ad S. Sergium, item octo Abbates, & ceteri Monachi omnes. Ita secunda hujus Concilii Sessio finita est.

§. XXXIII.

*Sessio Tertia. Epistolæ ex Oriente.*

Sessio tertia biduo post habita, nempe vigesimo octavo Sept. anno 787. Demetrius Diaconus, & Custos Theauri Ecclesiæ Constantinopolitanæ dixit, Episcopos, ad Communionem Ecclesiæ recipi postulantes ante fores stare cum Libellis

p. 135.  
Sup. f. 30.

bellis suis jam lectis. Postquam admissi sunt, iussit Tarasius, ut Gregorius Neocæsariensis, præ cæteris omnibus suspectus, legeret Fidei suæ Confessionem, quæ reliquis consentanea inventa est. Quæsivit Tarasius an sincera esset, & ipso affirmante, reposuit: *Rumor est, durante persecutione probissimos viros a quibusdam Episcopis gravissime fuisse vexatos, & saltem aliquid rei subesse credimus; sed scitis, in Canone Apostolorum præcipi, ut Episcopus dominandi libidine confratres percutiens deponatur.* Annuit Sacra Synodus, addiditque, Episcopum, si Fideles persecutus fuerit, indignum fore Episcopatu. Verum in hanc rem suo tempore inquiri posse, si essent, qui actionem moverent. Gregorius Neocæsariensis dixit: *Nemo unquam me accusabit, quod sive Constantinopoli sive in patria mea quemquam percusserim vel persecutus fuerim.* Synodus dixit: *Si ita est, Gradum suum repetat.* Joannes vero Logotheta Imperatoris Mandatarius dixit: *Satis sit Synodo, quod Gregorius Neocæsariensis, Pseudo-Concilii Caput, reservatus fuerit in hoc usque tempus, quo ipse Hæresim suam damnavit.* Tandem ex consensu Legatorum Romanorum & Orientis, repugnantibus licet quibusdam Episcopis, receptus est. Alii quoque sex Episcopi, qui id in prima Sessione petierant, scilicet Nicenus,

Sæcul. VIII.  
A. C. 787.

p 158.

28. Sept.

p. 159.

Sup. c. 28.

Conc. p. 62.

G g 3

cenus,

Sæcul. VIII.  
A.C. 787.

cenus, Rhodiensis, Iconiensis, Hierapolitanus, Pessinuntinus, & Carpathiensis, ad Communionem admissi.

p. 162. His actis Constantius Episcopus ex Cypro dixit: *Perlectis Papæ epistolis jam etiam petimus, ut illæ legantur, quæ ex Oriente missæ sunt.* At Legati Orientis petierunt, ut prius legeretur epistola Tarasii, quia epistolæ a se redditæ, ad illam erant responsoriæ. Ergo lecta est episto-

p. 167. la Tarasii ad Orientales, cujus summam retuli. Tumque Legati Sacræ Sedis dixerunt: *His epistolis similes Sanctus Papa noster accepit, ideoque nos misit cum responsoriis, quæ lectæ sunt.* Recitatur

Concilium  
Oecumeni-  
cum.

deinde Epistola ad Tarasium nomine Episcoporum Orientis data. In ea Orientales de Imperatore Constantinopolitano tanquam de Principe & Domino suo semper loquuntur, hostes vero & Tyrannos appellant Arabes, sub quorum Imperio jam plus annis centum quinquaginta vivebant, & necdum eorum Dominatum patienter ferre didicerant. Nar-

p. 170.

rant modum, quo Tarasii Legati excepti fuerant; deinde ad ipsius epistolam respondentes, nomine trium Sedium Apostolicarum in Oriente profitentur, quod sex Concilia Oecumenica recipiant, illud vero, quod aliqui septimum dicebant, rejicerent. Tum subjungunt: *Si vobis necessarium videatur Synodum convocare,*

Sup. §. 14.

p. 174.

*non*

non vos turbet absentia trium Patriarcharum, & Episcoporum illis subditorum, cum non propria voluntate absint, sed atrocitate minarum & diva Dominorum, a quibus premuntur, tyrannide perterriti. Clarissimum hujus rei exemplum habetis in Synodo Sexta Oecumenica, cui nullus ex illis Regionibus interfuit Episcopus, quod sub impiorum istorum jugo gement; nec tamen eorum absentia Synodi Auctoritati quidquam detraxit, eoque minus, quod Sanctissimus Papa Romanus consentiret, & per Legatos suos adesset. Hæc verba sunt notatu dignissima (\*) in ore Orientalium, quorum nihil intererat Romanæ Ecclesiæ adulari. Tum proseguuntur in hunc modum: Ceterum, ut mentem nostram penitius perspiciatis, huic epistolæ jungimus descriptum exemplar epistolæ Synodicae Theodori, Sanctæ memoriæ Patriarchæ Jerosolymitani, ab ipso pro more ad Patriarcham Cosmum Alexandrinum, & Theodorum Antiochenum data, ad quam etiam responsorias accepit.

Itaque lecta est hæc Theodori Jerosolymitani Epistola, in qua Fidem suam confitebatur, & sex Concilia Oecumenica sine mentione alterius posterioris re-

Gg 4                      cipie-

(\*) Hæc Orientalium professio contra Protestantés valet, & Fleurii Reflexio contra ejusdem Adversarios eum malæ fidei incusantes.

Sæcul. VIII.  
A. C. 787.

Sup. l. XL.  
§. 2. tom. 6.  
Conc. p. 606.

p. 185.

- Sæcul. VIII. A.C. 787. p. 186. cipiebat. Amplectebatur etiam Traditiones Ecclesiæ de Veneratione Sanctorum, de Reliquiis & eorum Imaginibus. His epistolis lectis Legati Papæ edixerunt; illas utpote epistolis Tarasii & Hadriani consentaneas sibi probari. Deum laudarunt, quod Orientales in eadem Fide de Imaginibus consentirent, & subjunxerunt: *Si quis aliud credit, iudicio trecentorum decem & octo Patrum, qui in hoc loco congregati fuerunt* (nimirum in prima Synodo Nicena) *Anathema sit!*
- p. 187. pluribus aliis Episcopis profitentibus, se in eadem esse Sententia, tota Synodus
1. Octobr. p. 194. consensus. Postremo Tarasius dixit: *Cesarunt iurgia, destructus est murus, quo separabamur. Oriens, Occidens, Septentrio & Meridies Fidei obediunt, omnes concordés sumus.* Ita huic Sessioni acclamando, orando, & Gratias agendo finis impositus.

## §. XXXIV.

*Sessio IV. Patrum Auctoritas.*

- p. 198. Sessio quarta rursus post biduum elapsam habita est primo die Octobris anno septingentesimo octogesimo septimo. Cum Tarasius Patriarcha Libros Patrum ad demonstrandam Ecclesiæ Traditionem afferri iussisset, Leontius Imperatori ab epistolis legere cœpit Sacræ Scripturæ Textus de illis *Cberubim*, qui Arcam Fœderis